

scipere, uel commatres habere, de consecr. dist. 4. cap. non licet, & c. seq.

27 Tertiadecima. Baptismus non solemnis, omni tempore potest conferri, sed solemnis nõ debet celebrari nisi in Pascha, & Pentecoste. de consecr. dist. 4. c. venerabilis, & c. seq. Si tamen articulus mortis urgeret, non expectaretur dies festiuus, sed quolibet die licite baptizaretur, ead. dist. c. hi, qui.

28 Quartadecima. Amens, uel dormiẽs baptizatus non recipit characterem baptismi, si priusquam ameniam incurreret, aut dormiret, nollet baptizari: quia in eo intelligitur contradictonis propositũ perdurare, ut in c. maiores, de bapt. quia nullum bonũ dici potest, nisi quod ultroneum dicitur: cui conuenit, c. quicquid, de consecr. dist. 5. Quod adeo uerum est, quod si talis dormiens excitatus à sonno ratum habeat quoddam actum est, non prodest, quia cum nihil receptum sit, nõ inuenitur quid ratificetur, & ideo iterum baptizandus est. Si uero prius haberet propositum baptizandi, tunc reciperet characterem sacramenti, d. c. maiores uero. secus autem. Si uero dubium est, & constat per certa signa uel aliãs qua litercunque de proposito baptizandi uelut baptizari, & tunc si baptizetur, recipit characterem Sacramenti, arg. de sent. excommun. c. à nobis, el. 2. Quod si non constat, & tunc idem, quia tunc characterem imprimi sacramentalis operatio, d. c. maiores.

29 Quintadecima. Secundum iura canonica sufficit † in baptismo una persona tantum, scilicet uir unus, uel una mulier, quod idem proferus seruatur in confirmatione. Hoc expresse habetur in c. nõ plures, de consecr. dist. 4. & in c. fi. de cogn. spir. lib. 6. ubi etiam habetur, quod per baptismum contrahitur, cognatio spiritualis, ut per Franc. in cap. 1. §. ex confirmatione, eod. tit. Et hæc de baptismo sufficiant, qui est fundamentum omnium sacramentorum.

SVM MARIVM.

- 1 Confirmatio quid. & qua fini de eius substantia.
- 2 Chryisma unde, qua alio nomine dicitur confirmatio.
- 3 Confirmatio est sacramentum distinctum à baptismo.
- 4 Confirmatio à Christo Domino instituta est.
- 5 Confirmatio an sit necessaria ad salutem.
- 6 Confirmationis sacramentum quibus sit exhibendum.
- 7 Confirmatio quare fiat in fronte & an sit de substantia.
- 8 Confirmandus ut accedat ieiunus, & confessus, an sit de necessitate.
- 9 Confirmationis minister proprie Episcopus.
- 10 Confirmationis materia & forma explicatur, num. seq.
- 11 Sacramenta, qua cum unctiõne chrysmatis conferuntur. Signaculo crucis perficiuntur.
- 12 Unctio Chrysmatis triplex est.
- 13 Manus imposito triplex in sacramentis.
- 14 Confirmationis effectus character, & augmentum graue.
- 15 Confirmationis Sacramentum non debet reuerari.
- 16 Character confirmatiõnis de necessitate præsupponit characterem baptismi.
- 17 Confirmati maiorẽm gloriam habebunt, quam non confirmati.
- 18 Confirmatio non est danda peccatoribus.
- 19 Confirmationis sacramentum in qua aetate sit conferendum.
- 20 Confirmatus quare percussatur in facie.
- 21 Ordinarius minister est solus Episcopus.
- 22 Papa, qui potest simplici sacerdoti committere, ut conferat confirmatiõnem. An possit laico.
- 23 Episcopus degradatus non confirmat, licet possit baptizare, & conficere corpus Christi. Et quid de suspensõ, nu. 25.
- 24 Episcopus in consecratiõne Chrysmatis qua de beati obseruare.
- 25 Episcopus iterando confirmatiõnem mortaliter peccat.
- 26 Non tamen est irregularis, si cum rebaptizans.